

ecclesia parrochiali in opido Miteweide de cetero conferenda, cuius ius patronatus illustris domina Elizabeth, Thuringorum lantgrauia, Misnensis et Orientalis marchionissa dominaque terrae Plisenensis, et illustris princeps, dominus Fredericus iunior, filius eius, lantgravius et marchio, dominusque et heres terrarum praedictarum, contulit et dedit nobis, successoribus nostris et praedicto capitulo, prout in eorum desuper confectis litteris continetur, taliter est conventum et concordatum, quod nos et successores nostri debemus et tenemur praedictam ecclesiam parrochiam, quandocumque et quotiescunque eam vacare contigerit, conferre alicui canonico de praedicto capitulo et emancipato. Quod si aliter fieret, dicimus, quod huiusmodi collatio ipso iure nulla est, nec aequaliter debet valere. In cuius rei testimonium praesentem litteram conscribi fecimus et nostro sigillo sigillari. Datum et actum Misnae anno domini M^o.CCC^o.XXIII^o., feria tertia infra octavas nativitatis virginis gloriosae, pontificatus nostri anno XII^o.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 388. 1324. 25. Apr.

B. Withego II. genehmigt den von den Domherrn Heinrich und Albert von Guben bewirkten Kauf dreier Dörfer bei Dresden, deren Lehen von den Inhabern ihm aufgelassen worden, und beurkundet mit Zustimmung des Capitels, dass die Erträgnisse derselben nach dem Ableben der Käufer dem Fond für bauliche Einrichtung und Unterhaltung bei der Domkirche zufallen sollen.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Wythigo dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus omnibus Christi fidelibus praesentibus et futuris, quorum praesentiae praesens scriptum deferetur, salutem in omnium salvatore. Quoniam omnia, quae scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, et ratio veritati consona docet, ut acta praesentium temporum digna memoria scriptis et sigillorum appensionibus sic servemus integra, ne per oblivionis exitum excedant scientiam futurorum. Cum igitur honorabiles viri Henricus et Albertus de Gubin nostrae ecclesiae canonici villam Kemnitz sitam circa Bresenitz^{a)} ex ista parte Albeae, quam . . . relicta domini Henrici de Worganewitz¹⁾ militis nomine dotalitii et sui filii in feudum a nobis tenuerunt, et duas villas videlicet Vbegowe^{b)} et Borczin^{c)} contingentes se ex alia²⁾ parte Albeae sitas in opposito dictae villae Kemnitz, quas Syffridus Holoufer³⁾ et filii dicti militis similiter a nobis in feudum tenuerunt, iusto emptionis et venditionis titulo interveniente ab eis pro LX^{ta} sexagenis grossorum Pragensium denariorum, cum omnibus proventibus suis et utilitatibus, censu qualicumque et servitiis, quae de eisdem villis percipi possunt, nihil excipiendo comparaverunt. Isti autem sunt proventus villae Kemnitz, sex talenta Vribergensium denariorum et tres solidi eorundem, videlicet de sex mansis et de uno molendino et uno horto, de quibus dantur quinque talenta super diem beati Mychaelis, et tres solidi et LXXVII pulli de eadem villa et una piscatura, quae vocatur Geze, et unum talentum super diem beatae Walpurgis et in festo paschae tres sexagenae ovorum et XVIII casei singulis annis. Proventus vero

1) Worganewitz B. 2) ex illa B. 3) Holeufer B.

a) Kemnitz, Par. Briessnitz. b) Uebigau, Par. Kaditz. c) Pieschen ders. Par.?